

Band VIII., Nr. 2793, Seite 111-112

Abt Hermann und Konvent von Weingarten beurkunden, dass der Amman Oswald Gerster von Ravensburg ihrem Kloster das Eigentum seiner Besitzungen in Mühlbrücke, Hinterholz und Batzenweiler übergeben und von ihnen als freies Zinslehen wieder erhalten hat.

Weingarten, 1278. Mai 27.

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Her[mannus] humilis abbas totusque conventus monasterii in Wingarton orationes in domino. Ne temporis diurnitas, que oblivionem generat, successores nostros a fidei tramite sic valeat declinare, quod mala pro bonis cuiquam studeant compensare, presentem etatem nosce nec futuram ignorare posteritatem volumus, quod Os[waldus] Gerstarius minister in Ravensburc zelo ductus pietatis monasterio nostro proprietates possessionum suarum Mulbrugge, Hinderholz¹ et Bazenwilar libere tradidit possidendas et nos subsequenter easdem possessiones sibi suisque successoribus masculini seu feminini sexus nomine liberi feodi censualis duximus concedendas, ut de qualibet prescriptarum proprietatum possessione monasterio nostro denarios quatuor usualis monete singulis annis in festo beati Martini solvere teneantur nec umquam propter census ipsius retentionem a libertate possint cadere censuali, sed detentores dictarum possessionum ad solutionem census coram ecclesiastico aut seculari iudice compellantur. Promisimus etiam bona fide, quod quicquid idem minister aut quisquam successor ipsius cum prenotatis possessionibus facere decreverint, quod in hoc gratuita ipsis annuimus voluntate, ut iuxta ipsius ministri ordinationem in cuiuslibet possessionis translatione a nobis facta de vino Alsatie nobis unius sūme medietas conferatur. Super premissis quoque instrumenti renovationem, quotienscumque minister aut quisquam successor postulaverit, laudavimus non negare. Pro cuius facti testimonio presens scriptum sigillis nostris communitum prenotato ministro eiusque successoribus ad evidens indicium conferimus et cautelam.

 Actum in Wingarton, anno domini MCCLXXVIII., VI. kalendas Junii, indictionis sexte.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An hänfenen Schnüren die Siegel der Aussteller: des Abts Hermann und Konvents von Weingarten, das 1. in: WUB, Bd. VI, S. 397 beschrieben (hier anderer Stempel, in der Umschrift: WINEGARTEN), das 2., zerbrochene, ebenda S. 292 beschrieben.

¹Bei Ravensburg, abgegangen oder anders benannt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 369 U 151

Regesten:

Diözesanarchiv Schwaben (1892), S. 73, Nr. 70 a.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Weingarten

Ortsindex:

Batzenweiler Wohnplatz (17850)
 Batzenweiler, Friedrichshafen,
FN
 Elsaß
 Hinterholz
 Mühlbrücke Aufgegangen (24104)
 Mühlbrücke, aufgegeg. in Ravensburg RV
 Ravensburg Wohnplatz
(20120)
 Ravensburg, RV
 Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV